

Jus Canonicum Ad Libros V. Decretalium Gregorii IX.

Huth, Adam

Augustæ Vindelicorum, 1732

30. De Confirmatione utili & inutili

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63433](#)

morantes, aut inde regredientes capiunt, spoliant, mutilant, interficiunt, sive dein accesserint Romanam devotionis, sive litis, sive negotii gerendi &c. gratia, excommunicationem incurrint refervatam S. Pontifici in *Bulla Cœnæ Cas.* 9. & 10.

TITULUS XXX.

De Confirmatione Utili & inutili.

Q. 1. *Quid sit confirmatio & quotuplex?* *Resp.* 1. Agendum quidem foret hic specialiter de confirmatione sententiarum, à quibus appellatur, quasque saepius contingit confirmari; plerumque tamen AA. de confirmatione generaliter sumptu tractare solent, prout complectitur confirmatio-nes sententiarum æquæ, ac statutorum, privilegio-rum, contractuum &c. Et hæc definitur, quod *fit juris jam prius habiti seu quæsiti* (addunt aliqui, *quomodo cunque*) *corroboratione facta per legitimum superiorem.* 2. Confirmatio quandoque necessaria est ad jus jam inchoatum, nondum tamen perfectum complendum, uti contingit in confirmatione ad Prælaturam; quandoque fit confirmatio, non tanquam per se necessaria ad substantiam vel valorem actus aut juris, sed majus tantum ei robur addit.

Resp. ad 2. Alia est confirmatio *Utilis*, per quam intelligitur valida; alia *inutilis*, sive invalida, quælis est, quæ vel sub-vel obreptitiæ est obtenta. *Utilis* sive *valida iterum est duplex*; una in forma

comæ

communi & ordinaria, vel confirmatio simplex dicta, dum Superior habens potestatem confirmandi vel nulla, vel non perfecta prævia cognitione confirmatum, in eo statu, in quo fuerat prius. Altera in forma speciali, sive ex certa scientia, quando Superior cognitâ plenè causâ confirmat actum.

Q. 2. Quid inter sit, utrum Confirmatio facta in forma communi vel speciali? Resp. In forma communi facta quamvis actum validè & legitimè gestum approbando majorem eidem autoritatem conferat, non tamen valorem ei, si non habuit antecedenter, tribuit: econtra Confirmatio in forma speciali & ex certa scientiâ, tribuit jus novum, atque, prius forte invalidum, reddit validum, modo defectus sit à confirmante dispensabilis. Engel b. t. n. 5. Plures aëtus recenset Schmalzgr. b. t. n. 7, in quibus confirmatio in forma speciali non habet vim tribuendi valorem actui secundum se irrito.

Q. 3. In dubio an confirmatio censenda sit facta in forma communi, an in speciali? Resp. In forma communi. Ratio, quia confirmatio in forma speciali fit ex certa scientia, quæ non presumitur, nisi probetur, aut opponatur signum aliquod, ex quo constet confirmationem factam esse in forma speciali. Porro signa confirmationem in forma speciali factam esse sunt; si totus testor instrumenti, sententiæ, privilegii, quod confirmatur, ipsi Confirmationi inseritur: si additur sanguis: ex certa scientiâ. Vel: cognitâ causa. Vel:

Vel: parte citata & auditā. Vel: ex plenitudine potestatis. Vel: supplentes omnes juris & facti defectū.

Vel: non obstante quocunque Lege aut consuetudinē in contrarium.

Q. 4. Utrum Iudex inferior super confirmationē cognoscere possit & judicare? Resp. 1. De confirmationē facta cum cognitione causæ, dum ea in controversiam vocatur, solus Princeps potest cognoscere. Gail. L. 2. Obs. 1. n. 13. 2. Nec de confirmationē facta in forma communi cognoscit inferior adeoque in genere de nulla confirmationē superioris cognoscere aut judicare potest inferior nisi habeat speciale mandatum, aut nisi certum sit confirmationem per falsi suggestionem elicita fuisse. c. 1. & 2. h. t. & AA. communiter. Limitationes vide tum in cit. cap. tum apud Leur.

h. t. Q. 1176. à n. 3.

Finis II. Libri.

